

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Resurrectio f
cum uariis

In hac die peccator de indulgencia desperare non debet. Si enim latro paradysum meruit, cur non mereatur ueniam Christianus? Et si illi Dominus cum crucifigitur miseretur, multo magis huic miserebitur cum resurget. Nam si passionis humilitas tantum prestitit confitenti, resurrectionis gloria quantum tribuet deprecanti? Largior enim solet esse ad prestandum leta uictoria quam addicta captiuitas.

Augustinus in sermone de pascha.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

cum resurget] conresurget (*cor. in marg.*) M; leta] lecta (*cor. sub lin.*) M; addicta] addita M; Augustinus] siue maximus *add.* P V¹ V² L¹ L²